omni studio ab initio Pontificatus sui semper colens,
ex qua sanctissimi et nobilissimi fructus ad pacem
et concordiam ecclesiæ expectabantur, hac sua dili-
genti et assidua cultura non suaues pacis et concor-
diæ tanquam uarium fructus, sed protestationis mini-
mè decentis, et discordiarum acerbissimas quasi
labruscas percipiat, cui magis conueniret mœrenti
animo dicere, quid potui facere uineæ meæ, at non
feci? et quæ sequuntur. Hæc ergo fuerunt, quæ
S.mo D.no N.ro, et uniuerso huic Sacro collegio mœrorem
animi merito accenderunt; cum tu D. Orator diplo-
matis mandati tui auctoritate, et facultate freus
nullis rationibus, quo minus a protestatione absti-
neres deduci te pateretis. Nunc igitur accipe quo
pacto idem mandatum diligentius examinatum
primò suam S.tem, deinde reliquos omnes, qui ob
hanc causam dolore sunt affecti, omni dolore leuarit,
quod uno uerbo minimè a te expectato dicere possum,
hoc scilicet in mandatis diplomati contineri ne uer-
bum quidem quod tibi facultatem præbeat sub ea forma
uerborum contra S.tem suam, et Sacrum collegium prote-
standi, qua in tua potestate usus es, cùm minimè hono-
rifica S.ti sua, tùm Cæs.æ M.ti parum digna. Dico autem
iterum ego iterum ut melius audias et intelligas,
nullam



nullum scilicet uerbum esse in mandati diplomate,
quod significet talem Cæsaris uoluntatem fuisse, ut
eo modo contra S.mum D.num N.rum protestareris, quo
iam es protestatus; nullum, quod sane tibi facultatem
daret. tu enim, quasi tibi facultas data essee contra
S.tem Suam, et Sacrum Collegium protestandi, sic ea usus
es: huius uerò rei in mandato tuo nullam non modo
expressam, sed ne leuiter quidem adumbratam uolun-
tatem Cæs.æ M.tis habes; in hoc uerò expressam contra
legatos S.tis Suæ, et Prælatos Bononiæ existentes, quos
translationis Concilij è Tridento Bononiam auctores
fuisse accusat, ac ut contra eos sui procuratores pro-
testentur mandat. Tu uerò cum audires contra eos
a procuratoribus Cæsaris iam protestatum fuisse, quasi
idem esset protestari coràm S.te Sua, et Sacro hoc Colle-
gio, et contra S.tem Suam, et ipsum Collegium, eo modo
protestandi es usus in hoc sacro loco asserens hac in
causa procuratori, quo modo alij procuratores Cæs.æ M.tis
apud assertos ut appellas legatos M.tis Suæ Bononiæ
sunt usi: quam etiam facultatem ut dixi tibi non
competere ex tenore et data mandati planè constat,
præcipua enim, quæ te protestando objecis aliquot men-
sium spatio, postquàm mandatum factum est acciderunt,
ut illud complecti ea, quæ nondum contigerant nulla